IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 78v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Quare trepidauerunt ubi non erat timor

Quoniam deus dissipauit virtutem eorum qui hominibus placere petunt et non deo qd' sceleratorum specialiter esse dinoscitur tales confundentur quia a regno dei separabuntur quoniam deus spreuit eos qui specialiter respicit iudeos qui timentes ne locum perderent occiderunt xpristum

Ad quos iudeos conuersus propheta ait o stulti iudei

Quis dabit ex syon .v. ex gente vra iudeorum salutem israel nullus nisi iste quem negastis esse deum iste solus dabit qui cum auerterit .v. prorsus amouerit qui captiui habentur in die iudicij ad btam pria reducet exultabit iacob .v. credentes iudei et letabitur israhel qui mente viderit deum

Ps 53 In quo docetur iustus in diuersis laudare deum

Propheta in persona viri iusti dicit

Deus in uirtute nominis tui a me inuocati saluum me fac scio qd non est aliud nomen sub celo nisi tuum in quo nos oporteat saluos fieri et in futuro iudicio ubi in maiestatis tue virtute apparebis discerne me a massa pditorum

Deus exaudi orationem meam tacitam et eciam verba oris mei et iam non solum cordis instinctum sed eciam vocis exaudias affectum quo desidero a malis liberari percipe dicit quia illa proprie percipere dicitur que mentis archano reconduntur

Ideo oro Quoniam mali alieni a deo fide et opibus insurrexerunt aduersum me liuore insane mentis armati quesierunt vitam meam et sanctorum pdere qui non proposuerunt deum ante conspectum suum ignorare